

# THEATRVM VERITATIS, ET IVSTITIAE

SIVE  
DECISIVI DISCVRSVS

Ad veritatem editi in forensibus controuerfijs, Canonicis, & Ciuilibus,  
in quibus, in Vrbe Aduocatus, pro vna partium scripsit,  
vel confultus respondit

IO. BAPTISTA DE LVCA  
VENVSINVS,

*Per materias seu titulos distincti iuxta proximam indicem  
post praefationem.*

LIBER DECIMVS TERTIVS

PAR. I.

DE IVRE PATRONATVS,

PAR. II.

DE PENSIONIBVS,




*A. Clouet fecit*

R O M A E,  
Typis Heredum Corbelletti. M. DC. LXXI.

SUPERIORVM PERMISSV.

CATHOLICIS  
EPISCOPIIS,  
ET  
LOCORVM ORDINARIIS.



IOANNES BAPTISTA DE LVCA  
FELICITATEM.



INTER Pastorales sollicitudines, ac  
Diœcesanas curas, ea est præcipua, vt  
Ecclesiarum vobis commissarum, tuea-  
mini libertatem, quam, **IURISPATRO-**  
**NATVS**, vel **PENSIONVM**, seruitus tollit,  
scû minuit; Quemadmodum verò, culposum est, hasce  
partes negligere, ità quoque dedecet, eadem onera, legi-  
timè adiecta, impugnare; Hinc, vt vtrumque munus,  
benè explere valeatis, atque suum ius cuique tribuere,  
et quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo; Istud  
mei **THEATRI VERITATIS** et **IUSTITIÆ** volumen, in  
quo de **IUREPATRONATVS**, ac de **PENSIONIBVS** agitur,  
Vestro Ordini offerre dignum censui, vt ità quoque, ergà  
tantùm Catholicæ Ecclesiæ, ac Religionis Ordinem, ali-  
quod meæ deuotionis monumentum præstem.

# D E IVRE PATRONATUS

## DISCVRSVS PRIMVS

### CAESARAVGVSTANA CANONICATVS

P R O

REGE CATHOLICO, ET DIDAGO HIERONYMO SALA

C V M

IOSEPHO MARTINEZ.

*Casus disputatus in Rota, sed non decisus, ac terminatus cum temperamento, ut infra.*

An Beneficia de Regio Patronatu, differant ab alijs de Iurepatronatus etiam laicali privatorum, seu potentium, tam circa deuolutionem, ob praesentationem in tempore non factam, quam circa dispositionem textus in cap. 1. § 2. ut lite pendente in sexto, super Beneficio litigioso; Et quando incipiat currere terminus datus patronis laicis ad praesentandum, an scilicet à die vacationis, vel potius à die habitae notitiae.

#### S V M M A R I V M .

- 1 **F** Acti series.
- 2 Resolutio ac exitus causa.
- 3 De punctis, seu inspectionibus causa.
- 4 Quod tempus datum ad praesentandum currat à die vacationis.
- 5 Contrarium verius, ut non nisi à die notitiae.
- 6 In iurepatronatus Regio non currit tempus, & de ratione.
- 7 Quid ubi certus terminus statutus est à Papa id sciente.
- 8 Ordinario currit tempus, ad conferendum à die vacationis, & de ratione.
- 9 Quando non currat tempus etiam ubi alias currere deberet.
- 10 Quae habentur de beneficio litigioso procedunt etiam in beneficijs de iurepatronatus.
- 11 Etiam si agatur de iurepatronatus Regio.

- 12 Cessat ex contraria consuetudine.
- 13 Item ubi ipse vnicus collitigans superstes praesentatur.
- 14 Declaratur decisio Crescentij, quae loquitur etiam contra collitigantem praesentatum.
- 15 Non procedit item conclusio de qua num. 10. ubi Patrono nulla culpa imputari potest, et quae sit ratio conclusionis.
- 16 De absurdo quod aliàs resultaret, si cessante culpa procederet dicta conclusio.
- 17 Cessat item conclusio quando lis est finita.
- 18 Quando dicatur lis finita.